

Band IX., Nr. 3492, Seite 53-54

*Konrad Stöcklin und seine Frau überlassen dem Kloster Comburg
Besitzungen zu Haag und Etzlinsweiler, erhalten sie aber auf Lebenszeit als
Zinslehen.*

Ohne Ortsangabe, 1286. Ohne Tagesangabe.

In nomine domini. Amen. Quoniam gesta hominum oblivionis devio plerumque calumpniari aut penitus immutari solent, necesse est ea testium annotatione et vivaci literarum testimonio perennari. Eapropter ego Cunradus dictus Stokkelin et Petrissa uxor mea recognoscimus literis presentibus publice protestando, quod nos concorditer universa bona nostra sita in Hage, videlicet tria feoda et dimidium, atque decimam nostram in Adlotteswilar, que bona cum omni iure proprietatis nobis sunt apropiata et ad nullum alium sive consanguineorum seu cognatorum vel affinium aliorumve quorumlibet amicorum nostrorum aliquo modo pertinentia, divinitus instructi, utpote pro temporali vitam eternam in futuro et centuplum accipere sperantes, totaliter et integraliter resignavimus una cum decimis pratis pascuis nemoribus sive silvis agris cultis et incultis necnon cum omnibus iuribus prescriptis bonis attinentibus et contulimus atque dedimus ecclesie in Kamberc perpetue possidendum pure propter deum et ob reverenciam beate Marie virginis et sancti Nicolai aliorumque sanctorum patronorum eiusdem loci, ac ab abbate et conventu ipsius ecclesie iure feodi recepimus eadem bona pro annuo censu usque ad terminum vite nostre sex pullos dominis nostris in Kamberc quamdiu vixerimus pro censu eorundem bonorum quolibet anno dantes, nobis autem de¹ medio sublatis nullus prorsus sive cognatorum seu quorumlibet amicorum nostrorum habeat aliquid ius impetendi Kambergensem ecclesiam pro bonis memoratis, in quibus etiam nobis viventibus iuris nichil penitus habuerunt, quippe ipsa bona in capitulo Kamberc et in foro iudicii Hallensis publice et libere et sine qualibet omnium contradictione pro salubri testamento et perenni remedio delictorum nostrorum perpetualiter legavimus dictis sanctis hoc adiecto, quod singulis annis in die anniversarii obitus mei Cunradi Stokkelini cuilibet monacho in Kamberc detur simula et cibus melioris vini et in anniversario uxoris mee Petrisse tantum detur.

In cuius rei testimonium procuravimus presentem litteram conscribi et sigillis abbatis et conventus in Kamberc et abbatis in Murrehart simulque

¹Nach *de: h* mit übergesetztem Punkt, offenbar als Tilgungszeichen.

II

civitatis in Hallis firmiter et fideliter stabiliri. Testes huius rei sunt: Bertoldus prior, Cunradus camerarius, Ruggerus custos, Rudegerus cantor, Sifridus capellanus, Heinricus cellerarius sacerdotes et monachi in Kamberc, Ulricus decanus de Westhein, Walterus decanus de Tungental, Fridericus decanus de Lorch, Anshelmus viceplebanus in Steinwak seculares sacerdotes, Heinricus de Brunnen² plebanus de Munster, Bertoldus scolasticus in Kamberc clerici, Fridericus de Vohenstein, Johannes de Bachenstein, Fridericus de Bilrieth, Rabenoldus de Geilendorf milites, Philippus scultetus in Hallis, Arnoldus de Scheffauwe, Heinricus de Hesental, Emhardus de Brezingen, Cunradus Es-sich, Heinricus Wirtzburgere laici et quamplures alii fide digni.

Datum anno domini MCCLXXXVI.

—

Langenburg. Original Perg. Anhängend 3. Siegel der Stadt Hall, am Rande beschädigt, s. Bd. 8, 138.

²*Brunnen*, eine abgeg. Burg bei Hopfach, Wolpertshausen, SHA.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

La 150 Schubl. 56 U 21

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals in Langenburg.

Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 12 (Lorcher Urkundenbuch),
S. 8. Nr. 19.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bielriet Wüstung (22214)

Bielriet, Schwäbisch Hall, SHA, W

Comburg Wohnplatz (3320)

Comburg, Schwäbisch Hall, SHA

Döttingen : Braunsbach SHA

Döttingen Wohnplatz (2745)

Etzlinsweiler Wohnplatz (2436)

Etzlinsweiler, Künzelsau, KÜN

Gaildorf Wohnplatz (2903)

Gaildorf, SHA

Haag Wohnplatz (2441)

Haag, Künzelsau, KÜN

Hessental Wohnplatz (3340)

Hessental, Schwäbisch Hall, SHA
Hopfach Wohnplatz (3483)
Hopfach, Wolpertshausen, SHA
Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
Kloster Lorch, Lorch, AA
Murrhardt Wohnplatz (1475)
Murrhardt, WN
Münster Wohnplatz (2910)
Münster, Gaildorf, SHA
Rauhenbretzingen Wohnplatz (3087)
Rauhenbretzingen, Michelbach an der Bilz, SHA
Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
Schwäbisch Hall, SHA
Steinbach Wohnplatz (3368)
Steinbach, Schwäbisch Hall, SHA
Tüngental Wohnplatz (3373)
Tüngental, Schwäbisch Hall, SHA
Unterscheffach Wohnplatz (3488)
Unterscheffach, Wolpertshausen, SHA
Vohenstein Wohnplatz (3501)
Vohenstein, Rosengarten, SHA
Westheim Wohnplatz (3502)
Westheim, Rosengarten, SHA